

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Puellae Annae Sandhagen/ filiolae suavissimae
parentes moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes & singulos Academiae
cives ... invitat**

Rostohii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431300>


Druck Freier  Zugang




Kleinschmid, J.,
in
Anna Sandhagen.

Rost. 1638.

25





PROGRAMMA 150. —

Quo

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

SCITISSIMÆ PVELLÆ

ANNÆ Sandhagen

filiolæ suavissimæ parentes
moestissimi

*Hodie hora media prima in templo S. Nicolai
paratas cupiunt,*

Omnes & singulos Academiae cives
officiose invitat.



ROSTOHI,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typographi

ANNO M DC XXXVIII.



597



Ascendentes morimur finisq; ab origine pendet, uti Poeta dicit eleganter admodum, *Verè Nascimur morituri, Et vel prima hora, imo vite primo momento ad moriendum idonei.*

Numquid igitur ad mortem nascimur? Imo talis natura nostra lex est, talis conditio, qua quanto citius defungimur, tanto citius ab huius vite miseria liberati ad felicitatem eterna migramus. Et sane haud scio an non laudandi sint quidam licet veri DEI cognitionem non habentes, quod gemitu, plangitu et lachrymis natalem hominis diem insigniant, et mortualem vero latitia prosequantur, et mortuos beatos predicent. Populos in Thracia id fecisse post Herodotum et alios, Epigrammaticus Poeta scribit elegantissimis versibus, qui exstant lib. i. Anthol. Græcæ.

Ὁρήκας αἰνέτω τις, ὅτι συναχεῦσι μὲν ὕιας
μητέρῳ. ἐκ κώλπαν πρὸς Φάος ἐρχομένους
Ἐμπαλι δ' ὀλβίβισον ὄσες αἰῶνα λιπόντας
Ἀπεισίδης κηρῶν λάτεις ἔμαρψε μόρῳ
οἱ μὲν γὰρ ζῶντες αἰεὶ παντῆρα περῶσιν
Ἐς κἀκὰ πῖ δὲ κἀκῶς εὐρον ἄκῳ φθίμενοι.

Thra-

Thrace laudet aliquis, quod lugent quidem
natos

Matris ex utero in lucem provenientes.
Rursus vero beatos prædicant, quos mortuos
Improvisa fatorum ministra mors abstulit
Illi enim viventes semper varia transeunt
In mala, mortui vero invenerunt malo-
rum remedium.

*Quid ergo presenti in casu faciendum arbitrabi-
mur? Nata est proxime præterito anno Millesimo
sexcentesimo trigesimo septimo, die decimo quinto Ju-
nij, hora tertia matutina scitissima infantula ANNA
SANDHAGEN, hac in urbe ex parentibus piis & Chri-
stianis Reverendo Humanissimo ac Doctissimo
Viro Dn. M. REMBERTO Sandhagen/ ad D. Ni-
colai Diacono fidelissimo, ejusq; uxore DOROTHEA
Allwardes/ quæ per Baptismum regenerata est, &
Christo arbori vita implantata. Sed vitam vixit
breve, & vix limen ejus ingressa qua si molestia-
rum & calamitatum secularium pertesa ex vita
discessit. Invasit eam & oppressit morbus hoc tem-
pore popularis variolorum sive pustularum, qui non
tantum vix natos, & in hac vita hospites corripuit,
ut videmus quotidie, sed grandiores etiam, & qui
videbantur extra hujus teli jactum collocati. Avum
illa habuit paternum, Virum Reverendum ac Hu-
manissi-*

599
manissimum Dn. GABRIELEM Eandhagen / qui
primo quidem Diaconus fuit in Dissen / jam vero
Pastorem agit in Borchholthausen / in comitatu Ra-
venspurgico : Aviam paternam habuit ANNAM
Wolters / cujus nomen sortita est hac parvula. Avus
paternus ei fuit JACOBUS Allward / civis hujus ur-
bis probus & integerrimus. Avia materna CA-
THARINA Duncfers. Ex his vivendi quidem
initium accepit hac beatula, & parentibus, aliisque
propinquis presentibus letitiam natiuitate sua pepe-
rit, sed brevem, & qua hunc illis dolorem ac luctum
objecit. Cum enim varioli primo teneram infestare
caepissent, postea oppresserunt, ac interitum ei prid.
Kal. April. proximo die Sabbathi hora sexta matu-
tina, non sine parentum ingenti dolore & gemitu at-
tulerunt. Sensit forte Reverendus Vir Dn. parens
alias etiam hujus vite molestias, & prout huma-
num ingenium comparatum est, ut suas aliis gravio-
res quisque putet, non leves: Haud scio tamen, an adhuc
graviolem accepit plagam, quam hac est, in hoc
genere, prima Arbitratus est haud dubie hunc horti
conjugalis flosculum primum & ob id sua vissimum,
fore sibi diuturnum; jam finxit sibi gaudia ex risu
non tantum infantili ad ubera materna jacentis, ad
patrem vero respicientis, jam formulas blasula preca-
rias promittebat sibi, jam servatorem suum proprio
nomine

nomine **JESUM CHRISTUM** appellantis,
Et laudem sive hymnum Deo, laetenti ore, quomodo-
cunq; quacunq; voce. predicantis: Et sane haec pri-
ma sunt parentum gaudia, quibuscum etate crescen-
te majora identidem sibi sperant. Sed ut haec hyberna
tempestas flosculos primuli veris amēnos, Et gem-
mas rosetorum atq; arborum ostensas parum comi-
ter excipit, imo iis internecionem minatur, ita popu-
latrix illa nostri generis gemmulas istas thalamorum
vix productas invadit, carpit, oppugnat tempestati-
bus variis, quae tenellis interitū, parentibus dolorem
Et luctum afferunt: Verum qui hortos possident, co-
lunt Et hanc fortunam expectare, Et cum evenerit,
ferre coguntur: ita quibus Deus Opt: Max: hos con-
jugij fructus dulcissimos dedit, in amittendi periculo
constituti sunt. Quid autem dico amittendi? non a-
mittuntur, qui à summo Et prudentissimo illo hortu-
lano decerpuntur, Et in caeleste viridarium trans-
plantantur: quo non perveniunt morborum infanti-
bus, ac pueris infestorum tempestates, bellorum, va-
stilitatem agris, excidium urbibus, pestem, famem, ca-
lamitatem, interitum hominibus minitantium, peri-
cula: Nullus illic urenti Euro locus nullq; madido Au-
stro, Imbricitorq; Aquilo Grando, Rubigo, alia pe-
stes, in Paradiso isto non metuantur. Illis igitur quae
promittuntur, gaudiis tenella sobolis dulcissimaq;

carere, qui necesse habent, iis hoc solatium paratum
quoq; est, quod carissimis capitibus nihil metuere ne-
cesse habent omnium, quæ hæc in vita metuere ma-
jores, minores cogimur. Sed ut primum hoc est vul-
nus, quod piis hisce conjugibus inflictum est, ita Re-
verendus Dominus Parens ex Pharmacopolio divi-
no facile depromet, quæ curando idonea fuerint. Est
summus in cælis rerum humanarum arbiter, cujus
voluntas ¶ natus ut perficiatur, non minus in terra,
quam in cælo quotidianis precibus postulamus: Quæ
igitur excusatio relictæ sit, immodicè dolentibus ejus
puellæ obitum, quæ cælesti illi patri non minus cordi,
¶ cura fuit quam qualibet alia ex virginum sancta-
rum ordine beatissima. Ita igitur hoc Deo placuit:
Quo si ¶ hoc eidem patri benignissime placeat, cunas
jam vacuas alio flosculo, aut fructu vivaciore, imo
vivacioribus implere. Ex quo enim thesauro hoc
donum depromptum, ex eodem alia quoq; non mi-
nus grata, ¶ jucunda depromi, ad hujus damni
compensationem posse, sperandum est. Fati men-
tionem faciendam non arbitror: satis superq;
fatorum est in ea, quæ dicta est supremi Numinis cui
merito obsequimur, cui nos accommodamus, ¶ in o-
mni casu ad nutum ejus parati stamus, in cuncta re
sanctissima. Animis tantum opus est ¶ firmo pectore,
quo excipiamus, quæ cælitus immittuntur. Legimus
inter

602
inter Ethnicos fuisse, qui magno animo tales casus
exciperent, alios etiam qui ultrò optarent, provoca-
rent, & ad excipiendum se ostenderent, atq; offer-
rent. Videmus inter idiotas esse, qui moderatè fe-
rendum credunt, & profitentur quicquid divinitus
immittitur: Nos majori in classe hujus ludi sedentes
iis cedemus, & fortuna etiam sequenti latus apertum
præbebimus? Hoc n. ingenium ferè est fortuna luctuo-
sa ut libenter sit, ferè apud quos locum sibi commodū,
ac durabiliorem paratum, quosq; sibi vacare videt.
Apage inportuna: Ne tam agatur male, cum homi-
nibus DEI voluntatem paternam ac propitiam a-
gnoscentibus, ut tibi locum diu apud se esse patiantur,
Dantur nobis liberi? Grata eos & leta manu acci-
piamus qui dantur à Deo benigno: Eripiuntur? di-
mittamus æquo animo, doleamus, sed moderatè, &
ut Christianos decet, non amissos, sed patris providi
paternis manibus, ex quibus acceptierant, reddi-
tos: Sive igitur beatam hanc animulam specte-
mus, sive parentes, dolere quidem licet, (quis enim
parentibus abnuat,) mœrere non licet: lacrimas in-
terdum extrudit natura, ploratum & luctum recla-
ratio vetat: illa enim eo loco est, cujus felicitatem
immoderato dolore sedare, & suam beatule lati-
tiam invidere nefas est, nec piis parentibus conve-
nit, ut hanc in se ^{αδελφὸν ἑταῖρον} derivent suspicionem, qua se
detra-

903
detractam velint filiola, & imminutam aeterna vi-
tae laetitiam, ut sibi in hac vita diuturnior & major
contingat. Sed ut dixi, Reverendus hujus beatale
pater, qui aliis consolationem impertire & solet, &
potest, sibi ipsi defuturus non est modo densiusculam
primi doloris nebulam radius aliquis verbi divini
dispulerit, ac dissiparit: Nobis convenit cives Aca-
demici, hic quoq; officium nostrum facere, & frequen-
quenti nostra praesentia funus hora med. I. efferendū
ornare. Erit hoc parentibus gratum, nostro ordini de-
corum: simul Provinciam Academiam, Civita-
tem divinae protectioni commendaabimus, & nostrae
mortalitatis memores erimus. P. P. Rosto-
chij die 4. April: Anno M DC XXXVIII.
Sub sigillo Rectoratus,





inter Ethnicos fuisse, qui magis
exciperent, alios etiam qui ult
rent. Et ad excipiendum se ost
rent. Videmus inter idiotas
rendum credunt, Et proficentur
immittitur: Nos majori in claj
nis cedemus, Et fortuna etiam se
præbebimus? Hoc n. ingenium f
sa ut libenter sit, ferè apud quos
ac durabiliorem paratum, quo
Apage inportuna: Ne tam aga
nibus DEI voluntatem pater
gnoscentibus, ut tibi totum diu
Dantur nobis liberi? Grata e
piamus qui dantur à Deo ben
mittamus æquo animo, doleam
ut Christianos decet, non amiss
paternis manibus, ex quibus
tos: Sive igitur beatam ha
mus, sive parentes, dolere qui
parentibus abnuat, mœrere n
terdum extrudit natura, plora
ratio vetat: illa enim eo loco
immoderato dolore sedare, Et
tiam invidere nefas est, nec pi
nit, ut hanc in se *αδελφὸν ἐξ ἑαυτῶν* deriz

602
tales casus
provoca
atq; offer
derate fe
di vinitus
li sedentes
is apertum
na luctuo
ommodis
are videt.
um homi
opitiam a
patiantur,
nam acci
untur? di
derate, Et
is providi
nt, reddi
m specte
quis enim
rumas in
um redta
felicitatem
tula lati
us conve
nem, quæ se
detra-

